

CHROCVS ALEMANNORVM REX.



Chroesus apud Germanos rerum gestarū mag-
nitudine in maxima autoritate tuit, Gallie-
no, & Liciño Valleriano Romanam Republi-
cam administrantibus, Anno post Christū ducento-
tesimo septuagesimo. Itaq; Germani eum regem
elegerunt, atq; sub eo se se ob multorum populo-
rum collectionem Alēmannos dixerunt. Hic cum
Romanos contēmneret, eius auspicijs Germani
quatuor agminibus in Romanas prouincias eru-
perunt. Ipse cum parte exercitus in Gallias profe-
ctus, omnia ferro & igne populatus est. Primo Mo-
guntiaci pontem transiit, ædes, templa diripiuit &
incendit. Postea Cabilo urbs expugnata, Privatus

Episcopus igne absumptus. Inde Arelas Treuirorum Augusta, & Medioma-
tricum urbs uastata. Deinde omnibus profligatis, Hispanias obtinuerunt, at-
que Tarraconem caput Hispaniarum expugnarunt. Alia manus Germano-
rum, Rhetias, Vindeliciam, & Italiam populati sunt, & Rauēnam usq; omnia
protrierunt. Tum aut̄ Gothi Asiam, Pontum, & Cappadociam pertradunt,
ita ut Heracleam usq; arma eorum intonuerint. Athenas cum cœpissent, inge-
tem librorum acerū in foro cumulant, quē cum comburere uellent, quidam
ex Ducibus prohibuit, inquiens: Dimittamus illos Græcis, quibus dū incum-
bunt, imbelles fiunt. Eo tempore Sueorum gens Pannonias & Noricum oe-
cuparunt, à quibus tum Danubio separabantur. Itaq; ingens luctus, & ubique
mœror in Romanis prouincijs exortus. Hinc factū ut Constantinus, qui reli-
quis Tyrānis resistebat, Germanos sibi stipendijs conciliarit, atq; Crocū Ger-
maniæ regē auxiliij gratia cū copijs ad se pelleterit, cuius opera mortuo patre
Imperij habenas occupauit. Vnde nō minima laus Germanorū extitit, qd̄ tā-
tus Imperator, & Ecclesię restaurator ipsorū auspicijs euectus fuerit. Auēt. l. 2.